Ser. n. 2065

modum accepistis
a nobis quomodo
uos oporteat am-
bulare et placere
deo sic et ambu-
letis ut abunde-
tis magis; Scitis
enim quae praecepta
dederim uobis per
dominum ihesum; haec est
enim uoluntas
dei sanctificatio uestra
ut abstineatis uos
a fornicatione
ut sciat unusquisque
uestrum suum uas possidere
in sanctificatione et
honore; Non in
passione desiderii

sicut et gentes quae
ignorant deum; ut ne quis
supergrediatur neque
circumueniat in nego-
tio fratrem suum quo-
niam uindex est deus de his om-
nibus; sicut praediximus
uobis et testificati su-
mus; non enim uocauit
nos deus in inmunditiae
sed in sanctificatione;
Itaque qui haec spernit
non hominem spernit
sed deum qui et dedit
spiritum suum sanctum in uobis;
XV. De caritate autem
fraternitatis non ne-
cesse habemus scribe-
re uobis; ipsi enim uos

Phil. 4, 8.

Si qua laus disciplinae
haec cogitate quae
et didicistis et acce-
pistis et audistis et ui-
distis in me haec agi-
te et deus pacis et dilec-
tionis erit uobiscum;
XV. Gauisus sum autem in domino
uehementer quoniam tandem
aliquando refloruis-
tis pro me sentire sicut
et sentiebatis, oc-
cupati autem eratis; non
quasi propter penuriam dico
ego enim didici in qui-
bus sum sufficiens esse;
Scio et humiliari scio
et abundare ubique
et in omnibus instituta sum

et satiari et esuri-
re et abundare
et penuriam pati;
omnia possum in eo
qui me confortat;
uerumtamen be-
ne fecistis communi-
cantes tribulatio-
ni meae;
XVI. Scitis autem et uos phi-
lippenses quod in prin-
cipio euangelii
quando profectus sum
a macedonia nul-
la mihi ecclesia
communicauit
in ratione dati
et accepti nisi uos
soli; quia et in the[...]

ÖNB Cod. Ser. n. 2065 fol. 83v

ÖNB Cod. Ser. n. 2065 fol. 78r

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, , CodSerNov2065_78r – Biblia (Vetus Latina) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-mjod/2011/24011)